

sunt litterati et ydoneitatem habeant. Unde scribitur r vi. q. 7. Quod clericorum officia monachi presbiteri libere administrant. Ad ij. est dicendum quod illa similitudo attenditur in sacramentorum administratione. a qua similitudine monachi presbiteri et litterati non excluduntur. In tota tamen obligatione monachi similiores sunt episcopis. a qua similitudine excluduntur presbiteri et diaconi. non autem monachi. Ad terciū ē dicendum quod monachi ut monachi non habent officium clericum exercere possunt cum multi monachi sint laici et in administratione sacramentorum ydoneitate non habeant. sed in quantum litterati sunt possunt ad clericorum statum transire et aliorum curam habere monachalem tamen perfectionem non relinquendo. Unde subdit in eodem decreto Multo tpe discere quod postmodum doceas et inter bonos se meliores sectare.

Questio xxij. Quomodo apostolorum perfectio observata est in martiribus

Deinde considerandum est quomodo apostolorum perfectio observata est in martiribus. Circa quod queruntur quatuor. Primo utrum in eadem primitiva martirium posuerit martires in perfectionis statu. Secundo utrum pro solo supplicium mortis martires consecuti sint statum perfectionis. Tercio utrum plus faciat ad perfectionis statum martirium quam religionis votum. Quarto utrum sit perfectionis opus quod habet mortis periculo se exponat.

Ad primū ergo sic procedit videtur enim quod martirium non posuerit martires in perfectionis statu. quod multi coniugati et laici penam martirij sustinuerunt in primitiva ecclesia. nec tamen tales dicuntur fuisse in statu perfectionis. scilicet matrimonium non cadat sub exco(m)unicatio(n)e et non sit opus supererogationis. Nullum inuoluntarium est opus. voluntatis et per se non ponit hominem in perfectionis statum. Sed innocentes martires fuerunt et inuoluntarie passi sunt. cum tunc non haberent usum liberi arbitrij. Homo non ponit in perfectionis statu nisi per illa que sunt consilij et supererogationis opera. Sed qui libet tenet ex precepto mortem subire pro confessione nominis christi. Iuxta illud matth. x. Qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. In perarum est augustinus in libro de sancta uirginitate ubi martirium et uirginitatem ponit esse opera perfectionis et supererogationis. Et dicendum quod tanto aliq(uod) opus est maius. ut perfectionis quanto maiorem reluctationem habet contra bona presentia. Unde dicit gregorius xxxij. mora. quod nichil est humane mentis utilius quam uoluntates proprias frangere. et nichil est beatius quam propriis uoluntatibus reluctari. si autem ergo nichil magis appetitur et diligit quam uita. eo quod uiuere in uicibus est esse. sic nulla reluctatio potest esse maior quam contra appetitum uiuendi que quidem reluctatio quatuor modis in martiribus perfecta est. Primo propter eius determinationem. tunc enim terminata est predicta reluctatio quando pro christo mortui sunt pro uita non dimittendo. et eternam acquirendo. Unde terminatio